ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 97r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Sunt enim nonnulli qui arcem contemplatio
nis arripiunt, sed dum has secum duas filias
ducunt; quodammodo inebriantur ab eis
quia ita mente alienantur ad ō, ut quos-
cumque filios genuerīt; id est, quaecumque
opera exercuerint, non per ea in ecclesiā
dn̄i intrant, sicut moabitae, & amanitae
uidelicet, neque p̄ tertiam, neque p̄ quar
tam generationem; quia non eis proderit
notitia trinitatis, neque intelligentiae
euangelicae prędicationis; Seq̄. Profec Cap. 20.
tus inde abraham in terram australem
habitauit inter cades & sur. & peregri
natus est in geraris. Cades solitudo, ubi
fons iudicii ē. & cades bernę in deserto,
quę coniungitur ciuitati petrę in arabia
ubi occubuit maria, & moyses rupe per
cussa aquam sitienti populo dedit. mons-
tratur ibidem usque ad presens, ut bea
tus hieronimus ait. sepulchrum mariae
sororis aaron. sed & principes amalech
ibi codor lahomor caesi sunt. & interp̄
tatur sc̄a, uel sc̄ificans, & dicta ē. fons